

prima thimothei secūdo. Et ideo voluit do
cere exemplo imitata suum filium qui et si
fuerit tocius virtutis doctor regula et ex=
emplar specialiter se tamen doctorem hu=
militatis profitetur Mathei vndecimo. Di=
scite a me quia mitis sum et humilis corde
Et in hoc verbo christus se nobis offert in
exemplum mititatis in dulci conuersatione
humilitatis in sui dilectione et veritatis in
pura intētione Quasi dicat mitis sum quia
nullum ledo humilis quia nullum despicio
corde vero quia nullum decipio. Et licz ex
supradictis evidenter appareat q beata
virgo purificatione non indigebat nec ex p
te legis nec ex parte sui. Potest tamē hoc
specialiter ostendi ex parte filij triplici ra
tione. ¶ Primo enim purificatione non in
digebat quia portauerat flozem amenum
illum scilicet de quo scribitur Cant. ii. Ego
flos campi et lilium conuallium. ¶ Secundo
quia portauerat balsamum odozifer ū Ecc.
vicesimoquarto Sicut cynamomum et bal
samum aromatizans odozem dedi. ¶ Ter=
cio quia portauerat et genuerat splendo=
rem diuinum hebre. i. Cum sit splendor &c.
¶ Constat autem q vas plenum flozibus
balsamo maiozem odozem suauitatis vas
plenum splendore recipit maiozem claritat=
tem. Et ideo ratione pzolis mater penitus
purificatione non indigebat. ¶ Secundo
beata virgo purificari voluit vt persuade=
ret obedientie sanctitatem que ostenditur
in presentatione filij. cum dicitur tulerunt
illum in hierusalem vt sisterent id est pre=
sentauerant eum domino. Tante enim re=
ligiositatis tante obedientie et sanctitatis
fuit beata virgo q nihil de mandatis le=
gis voluit preterire Quāuis enim legi non
subderetur ex necessitate. ipsa tamen in ex
emplum aliozum seruare voluit spontanea
voluntate et ex spiritu libertate. Quod pa
tet ex tribus. ¶ Primo nanq; secundum le
gez implet legalia. Et hec sunt tria que hic
tanguntur in littera videlicet sua purifica
tio filij presentatio et eius oblatio. Quoz ū
primum mouet ad mentis nostre purificati
onem. ¶ Secundum prouocat ad dei glozi
ficationem. nam secundum athan. ideo chri
stus in templo voluit presentari vt disca=
mꝰ nos deo perfecta desideria et per cele=
stem conuersationem presentare. Ad quod
hortatur apostolus cuz dicit. Glozificate et
portate deum in corde et corpore vestro.
¶ Tercio inuitat ad gratiarumactionem
vt pro beneficijs nobis a deo collatis sibi
gratias referamus. phozus sexagesimo
tercio miserationuz domini recordabor lau
dem dicam pro omnibus que reddidit no=
bis dominꝰ deus noster ¶ Secundo secun
dum legem visitauit sanctuaria. vnde scribi
tur luce secundo. q ibant per singulos an=
nos in hierusalez in die solenni pasce Cuiꝰ
causam assignat Crisostomus. Quia in he=
bzeozum solennitatibus non solum tempus
sed etiam locum asseruare lex usserat. Et
ideo parentes domini nec extra hierusalez
pasca celebzare volebāt. Sed instat augu
stinus quomodo verum sit q singulis annis
illuc ascenderent cum tamen timoze archi=
lay illuc venire prohiberentur Et respon=
det. Quomodo hoc dictum verificari potest
vel q latenter se in turbarum multitudine
immiscerentur. et ita ascenderent. vel q
hoc verbum accipiamus factum post mo=
tem archelay quando eius timoz sublatus
fuit. Et per hoc informemur q debemus es
se solliciti tria sanctuaria visitare videlicet
sanctuarium conscientie ad serenandum ip
sius ecclesie adozandoz et eterne glozie ad
appetendum ¶ Tercio secundum legem ob
seruauit festa luce secundo. Ascendentibus
hierosolimam secundum consuetudinem di
ei festi. Obseruabat autem specialiter tria
festa videlicz pasce penthecostes et sceno=
phegie que tunc specialiter obseruamꝰ quā
do pane celesti p gr̄az spūalē reficiamꝰ et p
dona spiritussancti mentaliter replemur
et in templum domini ipsius munere spi
tualiter dedicamur. ¶ Tercio beata virgo
purificari voluit vt nobis commendaret vo
luntariam paupertatem. Et hoc propzie o
stenditur in oblatione sacrificij quia pau=
perum oblationem elegit. ¶ Potest autem
dici q maria voluntarie paupertatem no=
bis in tribus singulariter commendauit. in
quibus alie mulieres diuicias appetunt et
affectant. ¶ Et primo quidem in eius con=
iugio quia pauperi fabro ligni desponsata
fuit vt patet mathei primo. vnde et contu
meliose ipsum christum filium fabri appella
bant. Mathei decimotercio. Nonne hic est
filius fabri. vbi dicit hylarius. Quomodo li=
cet sapientia docendi et virtus operandi
ipsos in sui admiratione conuerterent ex
peruesticate tamen supra ipsum paterne
artis obprobrio latescunt. Quamuis secun=
dum augustinum. Vere pater christi qui to
tius mundi opera fabricatus in p̄. Tu fa=
bricatus es aurozam et solem. ¶ Secundo
in eius puerperio quia vilibus pannis mū=
di saluatozem uoluit et in presepio rech=
nauit vt patet luce secundo. vbi dicit beda
Qui totū mundū vario vestit ornatu pānis

Conjugio

Nubes matribus opponit dominus in puerperio

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0098
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt